

enim invecitè historia disertè apud Moysen legitur, cuius posteritas constanti semper usque hodie successione circumcisonem servavit. Postquam Deus, ait Moyses, de fide, atque obsequio Abrahami non semel periculum fecisset, fœdus tandem cum illo, ejusque posteritate se in futurum significavit, innovatisque promissionibus, atque benedictionibus suis, ita illum affatus est (Gen. 17, 10, 11): *Hoc est pactum meum, quod observabit inter me, et semen tuum post te; circumcideretur ex vobis omne masculinum, ut (circumcisio) sit in signum fœderis inter me, et vos.* Patrum, interpretum, quin et ipsius Scripturæ consensu illud potissimum consilium insituentæ circumcisonis Deum habuisse constat, ut eo veluti signo Abrahami posteritatem à cæteris gentibus discernere. Quod autem in eam rem incertum, commune nempe vicinis gentibus, quibuscumque Hebræi diutius egerant, signum elegerit Deum, vix est quod credamus. Nonne enim eo accepto signo, populus electus atque profanus, genus Abrahami cum gente Pharaonis, confundere miscerenturque? Nonne contrariam planè scopo viam invisse Deus? Fateamur igitur oportet, in eâ, quam Moyses de invecitè circumcisonem retexit, historiam, liquidò sanè indicasse novum esse ritum et ad id usque cæteris in-

DE VERIS FICTISQUE PRODIGIIS,

AC DÆMONUM ET ANGELORUM IN CORPORA POTESTATE,

Dissertatio.

Nihil in vulgari sermone frequentius quàm de prodigiis, atque bonorum malorumque spirituum per corpus operationibus; nihil est etiam, cuius minus clarè, atque fictè omninò ideæ, quàm de his omnibus rebus suppetant. Viri quidem acri, ut ipsi quidem censent, ingenio, ac minimè tepido, omnia quæ de Angelorum potestate, et apparitionibus feruntur, sicut et de prestigis, quibus sensus hominum fallunt, dæmonium in corpora infestationibus, subitisque tandem per illos aeris, ceterarumque rerum immutationibus; ea, inquam, omnia tanquam vana mulierularum terribilissima repantantes, qui credulam hæc rebus mentem addixerint, eos pietate et miseratione prosequuntur. Alii contrariis planè studiis exorbitantes, omnes dæmonum, magorum, veneficorum fabellas probant. Nihil illis in prodigiis, historiis de apparitionibus spirituum, atque dæmonum corpora obsidentium suspectum. Alii tandem, pravâ sanè et noxiâ spiritûs habitudine, quæ de prodigiis, Angelis, spiritibus, etc., feruntur, omnia eo argumento rejiciunt, quod scilicet lura vulgata sint prodigia vel ficta omninò, vel naturalibus quibusdam insuetisque causis, sed latentibus, tribuentâ.

Hanc itaque questionem occasione eorum quæ de prodigiis magorum Pharaonis, de spiritu Samuelis Sauli exhibitio leguntur, nos examinandam assumimus.

cognitum. Hinc rectè Origenes (1) Abrahamum primum esse mortaliem, qui circumcisonem admitteret, tanquam ex Moysè relatum, assertit; nec sanè prior est alius Mosaicæ relationis sensus.

Post hæc omnia, primò invecitè circumcisonis gloriam Abrahamo adhuc invidebimus? Abrahamo, inquam, cui omnium vetustissimus, atque certissimus liber Moysis suffragatur? Abrahamo, qui id sibi decus tranquillâ 5600 annorum possessione præscripsit?

Juris ejusdem cætera sunt argumenta, sive Deum circumcisonem præcipientem, sive Abrahamum divinis jussionibus obsequentem spectemus. Ejusdem moris apud Hebræos origo, et successio æquè explorata sunt. Nihil est, quo persuaderi Abrahamus poterit, ut in eâ re Ægyptios et Phœnices, si fortè apud illos obtinisset, imitaretur; semper enim ab eorum ritu, et cultu abhorruit; fœdus cum illis nunquam, nisi necessitate cogente, inivit. Ut quid igitur circumcisonem illorum admisisset; præsertim neque apud illos indispensabili lege, nec nisi pudoris cuiusdam gratiâ, obtinentem? (CALMET.)

(1) Contra Cels. l. 1. malentem Ægyptiis, quàm Moysi credere, qui refert, primum mortaliem circumcisonem Abrahamum.

Quæ ut ordine procedant, dicendum prius à nobis de naturâ, potestate atque caractere prodigiorum; dein de Angelorum bonorum malorumque ad prodigia patrandâ facultate.

Verum prodigium, juxta insitam nobis ideam, res est regulas naturæ consueta transcensens. Vir super aquas gradiens, in aera suspensus, ignotas linguas subito callens, virgæ in anguem subito transformate verum prodigium referunt. Fictum autem prodigium illud concipimus, quod naturæ leges in speciem tantummodo superat; uti coma subito conceptio igne deflagrans, quod pingui aliquo humore fortè delibuta esset (uti de comâ Iuli aliorumque ferunt), ignem illum intactos relinquere crines, etc.; nullo hæc prodigio fieri potuisse constat; cum in lineo panno vini spiritu imbuto, quotidie observemus ignem, absumpto liquore. Plura sanè hæc similia occurrunt, quibus latentis et occulta causa prodigii apud nos famam conciliat.

Scitè etiam observat S. Augustinus ea quæ nobis prodigia jure meritoque creduntur, naturalia simul esse et supra naturam; naturalia quidem, cum eandem Dei voluntatem, in quâ tota naturæ ratio, habeant auctorem; supra naturam verò, quod à consuetis naturæ legibus exorbitent. Addit insuper: *Nec (De Gen. ad litt. lib. 6, cap. 15) enim ista cum sunt, contra naturam sunt, nisi nobis, quibus aliter naturæ cur-*

fixa et constantia sunt, ut ab uno tamen summè libero, cui inexploratum nihil, dirigantur; ab uno illo corpore omnia pendent, et motus, et cum maxime à consuetis atque prescriptis sibi in eorum gubernatione legibus recedit, tunc potissimum libera illa suæ voluntatis decreta fixa ab æterno et rata exequitur. Maneat ergo, prodigia Dei providentis alio consilio disposita, ipsaque rerum œconomiam fovere potius, quàm pervertere.

Angustam prorsus Spinoza divinæ voluntatis ideam sibi prescriptis, dum constantie illius ita consuluit, ut libertatem negarit. Ludit profectò de nomine *Legis naturæ*, quasi scilicet aliud quàm Dei voluntatem designaret, vel prodigia naturæ leges destruerent; cum tamen Dei voluntatem ipsissimam esse rerum naturam, jam ostenderimus. Prodigia verò libera quidem Dei voluntatis sunt opus; non voluntatis quidem, generales atque consueta naturæ leges dirigentes, sed peculiaris, quæ sibi pro sua libertate agenda quædam insuetâ reservat. Hæc vera prodigii notio.

Ex his planè colligi posse arbitror, prodigiorum facultatem soli Deo reservari, ut in ejus privilegii communionem neque angelis, neque dæmonibus, neque animæ à corpore secretæ, venire unquam possint. Quoniam eorum precibus aliquando, sicut et eorum ministerio atque instrumento factum est, ut Deus prodigia patravertit; sicuti de Angelis, et Prophetis in V. T., de Apostolis in Novo legitimus.

Verùm de malis spiritibus non ita facilè intelligimus, qui tantum valuerint, ut prodigia patrant; neque enim sive vi sua illi operari, sive à Deo precibus impetrare poterunt. Quare Deum illis ultionis suæ administris usum in prodigiis exhibendis credimus; nisi fortè nullum à dæmonibus verum prodigium factum unquam, sed omnia ad prestigia et ad occultam aliquam, sed naturalem causam deputare maluerimus. De hoc igitur in præsentiarum agendum.

Magi Pharaonis, narrante Scripturâ, virgas in angues, aquas in sanguinem, Mosaicæ prodigia æmulaturi, transmutarunt (Exod. 8, etc.). Ab his magorum prodigiis ita Moses cavendum monet, ut simul à dæmone patrari illa non ambigè suadeat (Deut. 18, 1). *Si surrexerit in medio tui Prophetæ, aut qui somnium vidisse se dicat, et prædixerit signum atque portentum; et venerit quod locutus est, et dixerit tibi: Eamus et sequamur Deos alienos, non audies verba Prophetæ illius, aut somniiatoris, quia tentavit vos Dominus vester. Dæmonis Beelzebub potestate in pellendis malis spiritibus usum Jesum Christum exprobrantibus Pharisæis, objectam callumiam ipse Christus diluens, hæc quidem in prodigiis patrandis potestatem dæmonis non negat; sed vix fieri potuisse dicit, ut Satan Christo adversario suo obsequens, secum ipse pugnarct (Math. 9, 34, et 12, 24). Alii etiam cavendum nos monet à prodigiis pseudoprophetarum (Math. 24, 24). Antichristi signa et portentosa omnia Apostolus persequitur (2 Thessal. 2, 9); docet insuper Satan in angelum lucis aliquando se transformare. Plures tandem ex Patribus magos Pharaonis virgas suas in*

anguis verè transmūtasse censerunt; quod quidem sine verò prodigio fieri potuisse, vix in animum inducimus.

Origenes pari ferè prodigio utrinque contigisse, ut Moysis nimirum et magorum virgæ in angues transmūtarentur, aculenter asseruit (1); quanquam angues in virgæ restituerè demon frustra tentavit; quippe quòd, *contraria virtus malè quidem facere aliquid potest, sed restituere in unum non potest*. Theodoretus calumnias eorum diluens, qui Moysis prodigia magicæ accusabant (Theod. q. 18), nihil habet in promptu nisi magorum Pharaonis de prodigiis illis genuinam confessionem: *Digitus Dei est hic*. Tandem, ait, si Moses præstigiis tantum intuentes fefellisset, magi, aliis objectis præstigiis, impostorem arguere potuissent.

S. Augustinus hæc sibi proposita questione (2), an scilicet virgæ magorum nomen tantum et inanes anguim figure, seu veri essent colubri; respondet, ex ipsâ Scripturæ phasi par utrinque, et in Mose, et in magis, prodigium satis designari. Quid ergo, ait, demones pari cum Deo creandi virtute pollent? Neque enim aliter tam prompta rerum mutatio fieri unquam potuit. Minime illi quidem, sequitur Augustinus, sed sementium aliquid rerum corporearum principium per omnia latè elementa diffunditur, quod apta offendens agentia, res singulas producit. Si quæ autem eâ occasione res novæ producerent, non creari quidem; non enim è nihilo prodeunt, sed procreari tantum, et è materno causarum suarum sinu educi censende sunt.

Ita fieri potuisse censet S. Augustinus, ut projecta à magis virgæ momento in angues transmūtarentur; dicto enim citius demones solute virgarum materie aptas causas anguibz procreandis applicarent. Qui verò causas et principium illud è nihilo produxerit, solum Deum idem vir sanctus agnoscit. Paria repetit in suis libris de Trinitate (de Trinit. lib. 5, cap. 8); sicut et de Civitate Dei (de Civ. Dei, lib. 18, cap. 18), ubi probat demones sine peculiari Dei auxilio vim suam exercere non posse; omnem insuper potestatem novam producenti creaturas illis abjudicans, solam immutandi creatas à Deo species virtutem permittit; quare, ait, non tantum immutare animarum naturas frustra conarentur; sed nec in corpus hominis valent adeò, ut in bellum redigere possint. Tandem in Epistola ad Deogratias (Ep. 102 nov. edit. q. 16, n. 52): *Quantis ait, et demones nonnulla faciunt Angelis sanctis similia, non veritate, sed specie, non sapientia, sed planè fallacia*. Quæ facile de prodigiis paganorum ab Augustino dicta sunt, non de iis de quibus S. Scriptura tanquam de veris ac minime fucatis prodigiis narrat.

S. Thomas Augustini argumenta et sententiam ad optans (1 part. 104, art. 4), omnes à demonibus inductas rerum immutationes naturæ legibus consonas

(1) Orig. hom. 15 in Num.: *Efficit similiter contraria virtus virgam serpentem, sicut fecerat virtus Dei, etc.*

(2) Q. 21 in Exod.: *Deus verò solus verus Creator est. quæ causas ipsas et rationes seminatias rebus inseruit.*

ostendit; novis enim, ait, motibus, vel novâ formâ certe substantiæ inditâ, novas stare res demones lubent; quæ verò, pergit, aliquando demonum prodigia supra naturam apparent, hæc sanè præstigia censenda sunt.

Plerique ex commentatoribus in eandem sententiam abierunt, cujus tota difficultas in eo versatur, ut ex solâ cause naturalis applicatione fieri poterit, ut virgarum materiâ novâ substantiâ promptè compingetur. Tostatus rem esse impossibilem iudicans, fieri potuisse censet ut demon, pro eâ, quâ plurimum valet, agendi dexteritate, subditiis clam virgæ, veros angues substituerit (Tostat. in Exod. 7, q. 20). Alii malum demonem, cui Moysis consilium, jam ab ipso Moysæ populo revelatum, innotuerat, virgas antea paulatim preparasse maluit, ut opportuno tempore in angues transmūtarentur (Cajet. et Barrad. et Jans. in Exod.).

Utumque tamen res contigerit, Patres et interpretes nullum intercessisse in eâ re prodigium satis conveniunt. Miram illi quidem et singularem metamorphosin, naturæ legibus consonam, fatentur; sed neque in Scripturâ unquam demonum et pseudo-prophetarum prodigia, veri prodigii elogio donata animadvertunt. Nunquam etiam malos spiritus liberâ et independenti potestate usos, ex eadem Scripturâ novimus. Apostolus quin etiam Antichristi signa ita describit (2 Thessal. 2, 9, 10): *Cuius est adventus secundum operationem Satanae in omni virtute; et signis, et prodigiis mendacibus, et in omni seductione iniquitatis in quâ quis perent*. Si quando in S. Scripturâ demonis prodigia aliqua referuntur, statim à Deo ita permittente, atque malis spiritibus ultionis suæ ministris usa facta dicuntur. In narratione plagarum Ægypti legitimus, Deum magorum virgæ in angues, Nili aquas, litem magis ancloribus, in sanguinem transmūtari visisse; cinniphs verò, Deo renuente producere illos nequiquam tentasse (Exod. 8, 18, et 9, 10). Quid, quòd eodem cum cæteris Ægyptiis fato isdem plagis magi illi affecti sunt? Deo ita disponente, ut pro ejus arbitrio et virtute illi suam exeri, et in ordine contineri faterentur.

S. Augustinus veros quidem angues è virgæ magorum prodissie consentit; sed, ait, non fuerunt tamen creatores draconum nec magi, nec angeli mali quibus ministris illa operabantur (in Exod. q. 21). Satana quidem datum est, ut occasionem et causas instruat rerum productioni aptas; at nova creare uni Deo, à quo singulis naturalibus agentibus accepta virtus reseratur.

Alibi verò docet (De Trin. lib. 3), totam malorum spirituum potestatem in eo sitam esse, ut malos Deo permittente puniant, bonos exerceant: *Nec ideo, sequitur, putandum est istis transgressoribus angelis ad nutum servire hæc visibilia rerum materiâ, sed soli Deo*. Paria de virgæ in colubros transmūtatis docens S. Thomas (2-2, q. 178, art. 1, ad 2), addit deinde: *Non verè habent rationem miraculi, quæ sunt virtute aliquarum naturalium causarum*. Si ergo SS. Aucto-

stino et Thomæ fides habeatur, veri patrândi miraculi potestas nulli prorsus creature, sed Deo tantum conceditur.

Reliqui ex patribus in iis, quæ ad prodigia spectant, malis spiritibus minus concedunt; quippe qui virgæ magorum mero præstigio angues spectantium oculis exhibuisse sustineant. Tradit Philo, magos illos omnibus artis suæ conatibus eludendis veris Moysis prodigiis laborasse; quanquam, ait, alios decipere moliti, suis ipsi artibus decepti sunt; id agente numine, ut virgæ Aaronis magorum angues voraret (de Migrat. Abraham). Licet verò alibi idem scriptor veros angues ex magorum virgæ productos pro certo consuetudine videatur; addit tamen, virgam Moysis serpentem à magis productos, et denotè in pristinam virgæ naturam restitutos vorasse; quo Deus prodigio, ait, iniquos rei aestimatores voraret, ea, quæ à Moysæ portata patrata sunt, non callidi alicujus veteratoris doctæ astimari debere, sed divinæ operationis, cui nihil impossibile, vera et genuina miracula (Phil. 1. 1. de Vita Mos.). Quo sanè dicto satis auctor insinuat, magorum virgæ tantum præstigio, serpentis speciem, non rem exhibuisse.

Josephus loquentem inducit Moysen ad Pharaonem in eam sententiam, transmūtare scilicet se virgam suam in anguem, non mero tantum præstigio, simplicioribus fallendis, uti à magis factum fuerat, sed vero prodigio divinæ virtute patrato (Antiq. 1. 2, c. 5). Pseudo-Justinus totum hoc magorum opus malo spiritui imputat, qui spectantium oculos præstigio fallens, anguim et ranarum speciem inanem et vacuum exhibuit (Quæst. ad Orthod. q. 22). S. Justinus ea magorum miracula in eodem censu habet cum prodigiis paganorum, quibus demon simplicioribus imponit (in Dialog. cum Triphon.). Quid autem hæc sunt, nisi præstigia? Tertullianus de hoc argumento ita disserit: *Corpora videbantur Pharaoni et Ægyptiis magicarum virgarum dracones; sed Moysis veritas mendacium devoravit* (de Anim. c. 27).

Hæc Tertulliani verba præ oculis habuisse Hieronymus videtur, de Antichristi miraculis in hæc sententiam locutus (Hieron. Algasie c. 2 ad fin.): *Quomodo enim signis Dei, quæ operabatur per Moysen, magi suis restituere mendacis, et virga Moysi devoravit virgæ eorum; ita mendacium Antichristi veritas devoravit*. S. Gregorius Nyssenus (de Vita Moysis), S. Prosper, (de Promiss. part. 1, cap. 5), Ambrosiaster (in 2 Timoth. cap. 5), Rupertus Abbas (in Exod.), alique ficta omnia, et mera præstigia in prodigiis magorum agnoscent.

At enim sine prodigio fieri non potuit, 1^o ut magorum virgæ sive occulto et subtili demonum artificio novam induerent anguim figuram, sive adstantium oculis induisse viderentur, quamvis aliqui virgarum naturam in se retinerent. 2^o Si Deus fallentes iis dolis demones, suæ voluntatis arbitrio dirigit, commissi cum illis criminis reus habendus esset; quippe qui mali hominibus irrogandi adjutorum esse præbuisset. 3^o Si genuina illa prodigia censenda sunt, quæ et certas naturæ leges, et agentis naturales vires excedunt,

vera à fictis miraculis discernendi ratio difficilis hominum plerisque continget; quare satis certum à miraculis argumentum vix erit quod deducatur; quis enim naturæ leges omnes discussit?

Hæc ergo difficultatis singularis ista respondemus. Quæ singulis angelis, demonibus, animabus à corpore secretis, naturalis vis insit, quidque proinde in corpora valeant, ut naturalia à supernaturalibus discernantur, vix est quod à nobis determinetur. Subtili quâdam corporis materiâ, aurâ tenuiori, angelos, demones, et animas constare veterum nonnulli autumant (vide Orig. in procem. 1. 1 de Princ.); quare, inquit, demones sacrificiorum nidioribus (idem cont. Cels. 1. 7 et 1. 8. Vide Spenser, not. in hunc lib.), cantilenis, sanguine victimarum, muliebri coitu delectantur, sicut et certis adstringuntur temporibus, locis, et ædificis. Quod autem bonos à malis angelis apud illos distinguebat, pronum erat et obstinatum in deteriora studium, quo mali angeli, ejusdem aliquo cum bonis nature, detineantur. Ita plausè duo oculos vel aures ex vitio alterutrum distinctos dicemus (Orig. t. 25 in Jo.). Subtilium istorum corporum dotem esse immortalitatem rati, crassiori resolute corpore, tenuè illud, quo anima constat, et instar corporis crassioris efformatum erat, manere censebant. Hoc autem animæ corpus, ab altero crassiori secretum, veteribus nonnullis astris simile (Orig. cont. Cels. Iren. 1. 2, c. 62 et 65. Vide Porphy. de Abstin. animal. 1. 2, pag. 212, 215, edit. Lugd. 1620), fulgori simile dicebatur; atque ex luce nonnullam circa sepulcra micante; argumentum de anime immortalitate, de figure illius cum corpore affinitate, isdemque servatis, quas olim in corpore habebant, inclinationibus trahebant. Laudatur etiam in eam rem historia divitis improbi et Lazari, tum illud S. Thomas: *Nisi videro in pedibus ejus et manibus fixuram elavorum, non credidam*. Persuasum enim habebat Apostolus, ait Origenes, fieri potuisse, ut anime Jesu Christi ea esset cum corpore similitudo, quâ Apostoli facile deciperentur.

Cum tamen alia jam obtinuerit de Angelis sententia, aliter proinde nobis de spirituum in corpora operationibus philosophandum. Si veterum illa opinio admittetur, facile profecto intelligeremus, qui fieri potuissent, ut tenuè illud Angelorum corpus immutandis organis animalium et elementis valeret. Cum enim corporum nostrorum structuram, atque cætera nature arcana perspecta haberent, quæ potissimum commoveant organa, quasve impellant causas secundas, occultâ quâdam et subtili vi, corpore tenuissimo instructi agentes, quibus nec ingenium deesse nec sapientia, nõsse equidem poterant. Quare mira licet et præter fidem equè viderentur, nihil tamen præter notas naturæ leges factum intelligeremus. Quidni enim corpus sibi non abissimè corpus aliud moverit? Quòd autem tenuè sit et subtile, in corpora facile irrepens, penitiora omnia pervadit; eum inter crassum aliud corpus in ipso veluti limine subsistere cogatur.

Alia est igitur nobis via disputationis tenenda. Spiritus, cui, præter intelligendi et volendi facultatem, omnia desunt, cur in corpora naturaliter agat, nihil

est; nihilo illi cum materia commune, ut ei disponende per se veluti manus possit admove. Quare vel demon aptam ad animum compingendum materiam in virgibus magorum per se dispositis dicatur; vel inuentum oculos prestigio aliquo ita fascinasse, ut intueri se animum crederent (quod vel ipsos aspicientium oculos prestringendo, vel inane spectrum ante obtutum offerendo prestari potuisset): hæc tamen omnia naturæ purè putèque intellectualis vim omnem superant. Hæc tantum de spiritibus ratione magistrâ discimus; cum verò plura illos in corpora valuisse divinâ revelatione noverimus, incunda nobis est ratio, cur sine prodigio fieri illa potuisset exponamus.

Historiæ non infrequentes in Scripturâ leguntur, demoni tantummodo auctori imputandæ, ut inficta Jobo mala, emergenti quampures in Evangelio; tentatio Jesu Christi per Diabolum, quo vehente ipse Jesus primò in verticem excelsi montis, dein in pinaculâ Templi translatus est. In his planè concessam demoni patrandorum prodigiorum facultatem ab ipso Deo malis illius consiliis opem præstante, quis non impius et blasphemus crederet? Nonne doli tunc et impietatis, quam Satanas meditabatur, reus Numen ageretur, si fallere eâ ratione homines, atque perdere volenti prodigiis suis serviret? Ne igitur malorum auctor dicatur Deus, insitam sibi vim eâ occasione, Deo permittente, exercuisse demonem fateamur oportet, quam scilicet Numinis permissionem obtinuisse cum Jobum affligeret, cum malorum spirituum legio hominem in Evangelio infestaret, liquè constat.

Quæ verò bonis Angelis auctoribus in Scripturâ gesta leguntur, sicut et animarum extra corpus per visum oblate species, ea quoque citra prodigium facta esse non rarò suspicamus; quòd et in corpora agendi, et elementa subigendi insita sit spiritibus virtus. Profectò si quid erit in eâ re prodigii, id planè reputandum est, quòd Deus rarò ea præstare angelos permittat; cum interim familiarem et assiduum illam, quam angeli, et demones in corpora, sensus, phantasiam, atque in cetera, que nos circumstant, potestatem exercent, (quævis nobis aliò intentis et imprudentibus) vix aliquis fuerit, qui inter miracula adscribat. Cum itaque angeli deducere nos, atque pericula omnia à nobis subducere curaverint; cum piæ imagines phantasie subjecerint, quemadmodum impiæ à demonibus exhibentur; cum motus ab iisdem demonibus pravi in corpore excitantur; cum, inquam, hæc omnia facta novimus, non nisi naturalem spirituum vim agnoscimus. Difficiliora planè ista non sunt iis quæ de tentatione Christi in Scripturâ narratur. Nos quidem latenti seductore tentamur; Christus sensibili specie coram se demonem vidit: res cateroqui congruit: neque enim quòd nobis invisibilis demon insidietur, minus in nostro corpore humores et phantasiam concitat.

Explicandum modò quo fieri possit artificio, ut spiritus à corpore secretus in corpus agat. Cum Dei voluntatem omnium esse rerum naturam supra constituerimus: si quando de motione corporum à spiri-

tibus, in Scripturâ legerimus, Deum id voluisse, ut scilicet spiritus corpora removeret, inferamus, oportet. At enim spiritum in corpora acturum ad corpora sese applicare necesse est: quod sanè de rebus nullâ proportionè conjunctis vix concipimus. Nihil planè in eâ re novi, nonne corpori movendo anima adiungitur? Porro anima sanguinem, spiritus animales, totum denique corpus commovere potest; quemadmodum vicissim sanguinis totiusque corporis, atque obsectorum sensibilibus excitationibus certe quedam respondent in animâ perceptiones et affectus; doloris videlicet, lætitiæ, etc. Quid igitur, animæ corpus movere pronum erit, angelis verò et demonibus non erit?

Ipsâ quidem experientiâ doceri nos fateor, de mutuo quo Deus animam et corpus vinculo alligari voluit, ut scilicet animæ et corporis affectiones affinitate quâdam jungerentur: quam sanè experientiam de angelis et demonibus nullam habemus. Sed eam, quæ corpus animæ jungit, dependentiam, ipsâ Dei voluntate inductam fuisse, hæc nobis ratiocinatione innotescit: nullum corpus et animam naturale vinculum inter se alligare posset, nisi divinæ voluntati id totum tribuatur; hæc igitur voluntatem intercessisse oportuit. Pars ergo de angelis, et demonibus philosophari planum est; solo nimirum illa divinâ voluntatis glutine conjungi potuisse. Coniunguntur autem re ipsâ? voluit ergo Deus ut jungerentur; ita scilicet ad id spirituum voluntatem variam variis corpora motionibus agerentur. Ea est igitur spirituum natura, seu potius hæc est Dei voluntas, que totam actionem spirituum in corpora ita constituit, ut naturalis aliquando sit, nec semper prodigium referat.

Quod huic nostræ sententiæ difficultatem aliquam faciat, illud est, nimirum Deum malorum et tentationum, quæ probos viros exercent, auctorem futurum: siquidem ille voluntate suâ volenti demoni assequatur. Hanc planè difficultatem anticipationem quâdam jam occupavimus; quemadmodum enim Deus malis improborum consiliis pravas in corpore motiones succedere, ipso quidem Deo reapse movente, ita planè de concursu Dei occasione spirituum philosophamur. Deus itaque impium aliquod factum ita causat, ut non in crimine, sed in actione ipsâ participet; voluntate enim crimen concipiente, Deus eus occasione materiam movet, quemadmodum occasione probi cuiusdam consilii, quod voluntas iustorum statuit; aptum ad id motum in corpore excitat; omnia iuxta leges firmati inter corpus et animam fœderis. Non est igitur, ut Deus malorum auctor propterea accusetur.

Majoris momenti aliud contra eandem nostram sententiam obijciunt; nempe inter verum et falsum prodigium ægrè præsertim discrimen aliquod, rudioribus satis exploratum, constitui posse. Fateor quidem ultra vulgarium captum rem esse; nec inde tamen sequitur, quòd ex prodigiis deducitur argumentum, futile esse et inane; sed illud potius, noscendorum prole esse et inane; sed illud potius, noscendorum prodigiorum iudicium non omnibus vulgò permitti. Facili-

enim in eâ re decipi populum compertum est, ut speciem tantummodò prodigii pro re incautus usurpet.

Prodigia tamen nonnulla suppetunt adeò aperta et explorata, ut imperitissimi quique de populo toto de illis iudicare permittantur. Ita planè cum Moyses elatâ virgâ pelagum pro arbitrio dissidit, restituitque; cum è silice percussâ aquarum venas eduxit, terramque subito hiscere absorbendis seditiosis præcepit; cum Jesus Christus Lazarum defunctum quatuordecim, vivum stare jussit, ipsumque se tandem resuscitavit; nemo sanè in his omnibus miraculum diffitebitur. Nec philosophum sanè, nec doctum aliquem virum consultuisse oportet, ut hæc in prodigiorum censum referamus. Si verò Moyses et Jesus Christus uno saltem vero prodigio, quod nulla possit perversitate labefactari, clarescant; ex illo sanè ceteris omnibus eorum prodigiis minus apertis et exploratis, ab iisdem scripturis relatis, et confirmandis iisdem veritatibus præiudicatum est.

Profectò si vir litterarum rudis certos angelicæ, demoniacæ et magicæ virtutis limites ignoret, si quousque valeant circulatoris artibus fallaces quidam homines, non satis assequatur; habet tamen persuasum fieri nunquam posse, ut naturalis quicumque agens ipse se revocet ad vitam, solem currentem virtute suâ remoretur, procellas compescat. Quando enim cetera omnia spirituum ignorarem, hæc tamen facultatem eorum superare planè non dubito, ut enim corpora materiam subigant, ut rerum non leves mutationes inducant, tempore opus et apparatus, certe motus leges observandæ, eaque omnia negligere solius est agentis summi, cui prodigia dicto citius obsequuntur. Duo hæc sedulo distinguenda sunt: rudiores acq̃e ac litterati viri leges naturæ omnes non callent; simplices pariter ac docti rem aliquam naturæ vires transcendere planè ignorare non possunt. Quid ego non valeam, novi equidem; quousque suppetant vires, ignoro; non enim sum adeò hebes crassusque, quin noverim sagittam, valido excussam nervo, nunquam posse me curendo pertingere, quamquam quid valeam in cursu, nunquam habuerim exploratum.

Est etiam, cum de prodigiis agitur, inter varios hominum gradus sedulo distinguendum. Vir enim à religione christianâ alienus, propositæ sibi doctrinæ, quam prodigia confirmant, acquiescere tunc cogitur, si nihil et in doctrinâ luminis naturæ repugnans et in prodigiis fictum ac suspiciosum offenderit. Cui si fortè jam credenti, secundus alius miraculorum patrorum superveniens, priorem illam doctrinam novâ alterâ et oppositâ convellat, iudicium ille suspendens, in examen utramque revocabit. Hæc paganus; christianus verò, jam instructus, si fortè prodigia patrans duos inter se oppositos offenderit, sedulo confert 1^o uter ab Ecclesiâ probetur; 2^o uter majoribus signis commendetur; 3^o uter saniora et sinceriora præ se ferat; statimque eo rejecto, cui Ecclesiâ et Jesu Christi doctrina repugnat, alteri sibi adherendum iudicabit.

At enim ratiocinationis quodam circulo eâ in re

utimur. Dum enim certa aliqua nota veris sincerisque prodigiis distinguendis exigitur, statim ea esse sincera statuimus, que veram sinceramque doctrinam confirmant. Si qui autem momenta quæsierit vera doctrinæ inter duos illos religionum oppositarum assertores, statim miracula promuntur, quorum iudicio alter alteri preferendus sit; si verò signis claruerit uterque, Ecclesiæ iudicio standum est; et si vicissim inter duas oppositas Ecclesias ambigamus, facto iterum ad prodigia recursum, et ad dicitur præferenda, quam doctrina et prodigia commendat. En circulus.

Verim hisce reponimus, totius nostræ ratiocinationis fundamentum in eo positum esse, quòd Deus, summa illa et inconcussa veritas, neque fallere unquam neque deceptores et mendacia prodigiorum suorum auctoritate confirmare, sicut neque promissam semel Ecclesiæ sue infallibilitatem negare vel semel potest. His certò positis, quippe quæ in ipsâ divinæ naturæ ideâ continentur, illud statim rectè consecutione deducitur, inter varia et opposita prodigia sive ad examen doctrinæ, sive ad Ecclesiæ auctoritatem recurrendum esse, cum vel Deus fallere unquam non possit, vel Ecclesiæ iudicium aliter habendum non sit, quàm S. Spiritus iudicantis oraculum. Ecclesiâ igitur promissionibus Jesu Christi unquòd nititur, ut et prodigia pariter et doctrina petuntur; ex quo nexus quidam et catena argumentorum sibi innexorum et invicti roboris deducitur.

Magos, pseudo-prophetas, Antichristum miris quibusdam et in speciem prodigia Jesu Christi et Apostolorum referentibus signis clare posse, nullus dubito; magos verò, aliosque similes farina, tantam miraculorum frequentiam, longâ serie continuatam, totaque circumstantiis distinctam jactasse unquam, non credimus. Frustra apud illos parem quæras in prodigiis auctoritatem et celeritatem; frustra patrandorum miraculorum prædicationes. An illi cæpta prodigia pro arbitrio abruperunt unquam? an signa in adiumentum doctrinæ divinitus datæ, atque veritatis, ad eversio-nem idololatriæ, superstitionis, mendaciæ, ad gloriam Dei promovendam vocarunt?

Nunimùm paganorum miracula veris Jesu Christi prodigiis olim Celsus opponat (Orig. cont. Cels. lib. 1, circa fin. l. 2, pag. 89, etc., et l. 5, pag. 126, etc.), cui reponens Origenes, quòd inter Christi moralem solidamque doctrinam, et impias atque absurdas numinum superstitiones intersit planè depingit. Quis, inquit, morum correctionem præstigiis accepto retulerit? Cui bono prodigia sua demon, moribus hominum corrigendis, impendisset? Arno-bius paganos provocat, ut peria dorum prodigia proferant, qualia à Jesu Christo, solo prolato verbo, vel nutu patratâ constanti famâ ferebantur. Longâ atque perenni miraculorum serie ne mortales fallantur unquam, divina providentia intercedet; que quidam de mortalibus bonæ fidei maxime valent, non de illis quibus veritatis contemptus et errandi studiosa voluntas tenebras offundunt.

Magi Pharaonis virgas quidem in angues transmut-

târunt, quod sanè prodigii speciem aliquam præferat, sed statim Deus immisiss in angues Mosaicâ virgâ et vorari illos, et frandum indicari voluit. Cùm verò Mosaicum prodigium æmulaturi magi illi ciniphes educere conarentur, re frustra tentatâ, tandem divinâ virtute valere Moysen professi sunt. Quid quòd ulcerum plaga in Ægyptiis seviens, nec magis pepercit? Quòd nihil illi incommodi Israelitis inferre unquam valuerunt, qui etiam inter tot mala, per Ægyptium grassantia, aliâ semper pace fruebantur?

Conferat planè, si quis velit, Jesu Christi, Moysis et Apostolorum, cum prodigiis magorum Pharaonis, et Apollonii Thyaneæ, et numinum paganorum; immane quantum discrepent inter se illa omnia intelligei. Factumne unquam à demone legions, ut amicum cursum suspenderet, polagum diffunderet, amaricantes corrigeret aquas potabilesque educeret à silice, futura è plurimum casuarum consensus pendentiâ diù ante prædiceret, defunctos, post plures sepulturae dies, revocaret ad vitam? An de magis vulgatum est unquam, quòd stratis in undis graderentur, cecos illuminarent, gibbos, mutosque à primis prehendiss solo nutu restituerent? Ea verò, quæcumque fuerint, magorum atque idololorum prodigia, quis retulit? Integrane fide viri, cœvi, testes oculati, qui eorum rerum veritatem sanguine et vitâ testati sunt?

Tota demonis vis in obsidendis divexandisque corporibus, morbis incutiendis, probis viris tentandis impenditur. Christo videndum se præbuit, quòd scilicet ab illo imprudente et incauto cultum extorqueret. Potestatem suam ad malum tantummodò injuriamque inferendam habet expeditam; nunquam non mendacii, superstitionis et impietatis patrem se probans. Sermones cum Evâ miscet, cui bono, nisi ut dictis illa Dei pervicaciâ obsistat? Vim omnem suam in Jobum exerit, quòd scilicet de firmissimâ patientiâ arceæ in barathrum desperationis miserum deturbet. In impietatem tandem atque calamitatem redigendis hominibus, potentia suæ nervos omnes demon ejusque ministri intendunt.

Angeli itaque tenebrarum præ libito in Angelos sese lucis transformant; Beelzebub malis depellendis spiritibus interdum labore; pseudo-propheta sub dolosis prodigiorum musepulis vel electis ipsis moliantur insidias; semper tamen veritatis à mendacio discernende ratio erit explorata; gesta ipsa filiorum mundi et tenebrarum, dogmata, doctrina, fides facem præferent, ne errare contingat. Rudiores quique ex fidelibus, iudicio atque sanctionibus Ecclesiæ, ut par est, inherentes, à factorum prodigiorum dolis minimè sibi timebunt. Ecclesiæ est enim de missione atque bonorum malorumque Apostolorum meritis iudicium. Simonem damnat, prodigiis licet supra fidem coruscanti, oculi alta petenti, anathema continuo dicimus. Miracula doctrinam, et doctrina miracula fulcit; mutò illa sibi juncta atque compacta in unum coalescunt. Quare populo iudicium, quemadmodum de doctrinâ, ita de prodigiis interdicitur; utrumque enim amplexa eorum fides, et doctrinæ, quam miracula ful-

ciunt, et miraculis, quibus subnexa doctrina, cæco illos obsequio colla submittere jubet. Deductum à miraculis, Ecclesiæ iudicio probatis, argumentum firmum semper quâ rudiioribus, quâ doctis fidelibus miracula in deteriorem partem iudicii lancem inclinarent. Si verò utrinque miracula pugnent, tunc ad regulas supra à nobis præscriptas foret recurendum; nempe ad examen doctrinæ, ad miraculorum characterem; spectandi mores illius, qui prodigiis claret; consulenda Ecclesiæ auctoritas; et preces imprimis adhibende, ut ab omni præsumptione, atque immo-dico votorum astu libera mens, errorem faciliè à veritate discernat.

Veri itaque miraculi characteres sunt: 1° viræ agentis omnes naturales notas (vide *Pensées de Pascal, artie. des Miracles*), ignoratasque excedat. 2° Ad Deum et Jesum Christum dirigat. 3° Ne quid in veram doctrinam, pietatem, et Ecclesiam labis admittat. Rectam hanc miraculorum ideam habuisse Pharisæi Jesu Christi ætate, videntur, ex quâ scilicet illi argumentum in eundem Jesum Christum prætendentes, omnes ab illo et doctrinæ et morum characteres abesse contendebant. Legem illi de occasione profertentes in medium, cautum Judæis dicebant, ne prodigiorum fulgore prestricti, doctrinam contra legem aliquam subrepre pertererent, omnia quin potiss sacerdotum iudicio de Prophetis decernentium, fore reservanda. Singula autem hæc in Christum urgebant; cum legis prævaricatorem, damnatam jam sacerdotum iudicio doctrinam spargentem arguebant. Quod igitur Jesu Christo absolvendo apud populum supererat? Quis à populo jure meritoque ab ejus consuetudine non se continuisset? Nec tamen Jesus immunes à culpâ Judæos, doctrinam suam recipientes, pronuntiat; ait enim: *Si opera non fecissem in eis, quæ nonne alius fecit, peccatum non haberent* (Joan. 15, 24). Erat igitur eorum ex miraculis doctrinæ argumentum caperent; nec Judæi immunes erant à culpâ, si tantâ miraculorum gloriâ coruscantem Christum non agnoscerent. Recta planè Nicodemus philosophatus est, illis ad Christum verbis (Joan. 5, 2): *Scimus quòd à Deo venisti, Magister, nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo*.

Nec planè aliud querendum est nobis argumentum, ut aliquis à Deo missus demonstretur, si certis miraculorum signis claruerit; ipsis enim impressis à Deo et veritate characteribus distinguitur adeò, ut quavis suspectam doctrinam serere videatur (quam de Christo suspitionem faciliè Nicodemus admittere poterat, quippe qui Pharisæorum traditiones credebatur evertere) omnes tamen dubitationum tenebras, nitens miraculorum fulgor depellit; neque enim Deus in errorem unquam inducere credendus est. Induxisse autem in errorem oporteret, si corruptæ doctrinæ disseminationibus prodigia servirent; nisi tamen ea esset doctrina, quæ ipsa se falsitatis apertissimè argueret, vel saltem ab alio, clarioribus patris prodigiis, non argueretur. Quid enim alioqui in Ecclesiâ constaret? Si nimirum Ariani, Scripturas prætendentes dogmatum suorum stipendiaria haberent prodigia, eaque vicissim prodigia nulla fuissent apud Catholicos, iisdem alioqui Scripturis inherentes, tum sanè prodigiis inspectis ad prævam Ariatorum doctrinam vel invitè pertraheremur. Hanc igitur invidiam, deducendi scilicet in errorera

mortales, subisset Deus (quod planè ab illo, sanctitatis et justitiæ normâ, alienum est), si id unquam committeret, ut in æneipii atque obscurâ questione miracula in deteriorem partem iudicii lancem inclinarent. Si verò utrinque miracula pugnent, tunc ad regulas supra à nobis præscriptas foret recurendum; nempe ad examen doctrinæ, ad miraculorum characterem; spectandi mores illius, qui prodigiis claret; consulenda Ecclesiæ auctoritas; et preces imprimis adhibende, ut ab omni præsumptione, atque immo-dico votorum astu libera mens, errorem faciliè à veritate discernat.

Singulare etiam aliquid in hoc argumento observat Tertullianus (contra Marcion, lib. 5). Deductum à prodigiis argumentum, ait, extenuasse Dei Filium visus est, cùm illam veritatis dotem etiam mendacio, et pseudo-prophetis communem fieri permisit: «*Temerariam signorum fidem ostendit, ut etiam apud pseudo-Christos facillimorum*». Quæ cùm ita sint, addit Tertullianus, undenam Christus auctoritatem prodigio vindicat, ejusque recipiendum præcipit testimonium, ab eodem interim privilegio patratâ à pseudo-prophetis miracula excludens? undenam, inquam, nisi quòd cùm primus ipse venisset, verique miraculi characteres omnes explicasset, ipse sibi fidem conciliavit, atque sibi cordium dominium asseruit? Quemadmodum enim primus à balneo ingrediens; vacuum tenens sedem, oculistis foribus, locum occupat solus, ita pariter Jesus Christus fidem occupavit, posteris quibusque præcipuit; puta venturos pseudo-Christos prædicens, atque depingens, fidem illis omnem abrogavit.

Donatistis Pontificum quorundam miraculorum jactantibus, factamque divinitus vocem Donato, dum præces fungeret, narrantibus, S. Augustinus hæc exponit (in Joan. tract. 15): 1° hæreticos semetipsos decepsisse, fabellis fidem addicentes; quibus sin minus ipsi crederent, illud saltem commississe, ut nos eadem imponendo deciperent. 2° Esto, ait, miracula penes Dona-

tistas fuerint, charites tamen hæreticis deest, sine quâ fides vel ipso montes transferens, nihil est. Charitas autem nulla est, ubi unitas scinditur. 3° Contra istos «*mirabiliorum cantum me fecit Deus meus, dicens: In novissimis diebus exurgent pseudo-prophetae, facientes signa, et portenta, ut in errorem inducant, si fieri possent, etiam electos*». Miles, qui castra deseruit, rudiioribus agricolis terrorem potest inducere; qui verò agere fidentius voluit, observant diligenter, nun castra et socios miles ille sequatur, nullo militari ille privilegio fruatur adhuc. Si enim à reliquo militum corpore avulsus, nihil sibi de sociis promittere possit, minas incassum intorquet. Eandem comparisonem in medium addocit alibi etiam Augustinus (lib. 85, Quæst. q. 79, art. 4. Item serm. 90, et Chrys. in Matth. 7, 22; et alios PP. in eundem locum), cùm magorum et sanctorum miracula ex fine ab utrisque intento, et patrandorum miraculorum auctoritate distinguit. Magi enim gloriam sibi, sancti verò Deo tantummodò procurant; illi certâ quadam angustis limitibus præscriptâ virtute utuntur; sanctus verò publica collata facultas ex cœli terræque Domino derivata conceditur.

Latius lucensque de veris falsisque prodigiis deducta in summam religiones, asserimus, 1° patrandorum miraculorum auctoritatem penes Deum unicè manere; quippe qui contra præscriptas atque vulgares naturæ regulas manum suam, quæ cuncta dirigit, pro arbitrio retrahere nunc possit; 2° hominibus, angelis, malisque spiritibus idem aliquando permitti, Deo ita disposito, ut creaturis suis justitiæ ac misericordiæ suæ ministris utatur; 3° spiritus à corpore liberos, in corpora naturaliter agere posse; 4° prodigia illa de magis Pharaonis relata, mera demonis prestigia reputanda; 5° veris miraculis auctoritatem externam conciliari tum à populo, tum à doctrinâ, moribusque illius cui referuntur acceptâ, ac tandem ab Ecclesiæ approbantis auctoritate. (CALMET.)

DE TRANSFRETATIONE ÆRYTHRÆI

Dissertatio.

Inter ea quæ in sacris Scripturis referuntur prodigia, plura sunt, quorum magnum adeò ad religionem rationem est, ut illis à licentiosorum cavillis, falsis imperiorum hypothesibus, vanisque ratiocinationibus incredulorum liberandis, nunquam satis laboraretur. In horum planè censum transitus maris Rubri habendus est, cujus scriptores særi memoriam non semel Hebræis refricandam censuerunt; quippe quod pro veritate religionis, atque potentia Numinis monumentum esset, inopescens. Nullum sanè lapidem non movit spiritus mendacii, ut omni ætate tenebras apertissime luci offunderet; sive insinuans, ut miraculi vis ad naturæ leges reducta, ab impis cluderetur; sive

fabellis aliquibus anilibus veritate admixtis, eò superstitiosi quidam adducerentur ut specie religionis prodigii auctoritatem et veritatem imminuerent. Utrique planè veritati opponuntur; quæ scilicet veritas ingenio nitore contenta à facis omnibus abhorret, tenebrasque depellit. Nos igitur nudam prodigii veritatem aperiemus, diæta in adversum omnia simul refutare conati.

Transfretati Erythræi memoria non apud Hebræos sacrosque eorum libros tantum, sed apud profanos quoque ipsosque populi adversarios mansit. Diodorus Siculus (Bibl. l. 5, c. 5) de Ichthyophagiis circa extremam occidentalemque oram maris Rubri incolenti-